

VERHANDLUNGEN

DER

KAISERLICHEN LEOPOLDINISCH-CAROLINISCHEN AKADEMIE

DER NATURFORSCHER.

DES ZWEITEN BANDES ZWEITE ABTHEILUNG.

MIT KUPFERN.

BONN 1821.

Für die Akademie in ADOLPH MARCUS Buchhandlung.

VERHANDLUNGEN

DER

KAISERLICHEN LEOPOLDINISCH-CAROLINISCHEN
AKADEMIE DER NATURFORSCHER.

ZEHNTEM BANDES ZWEITE ABTHEILUNG.

Mit Kupfern.

BONN 1821.

Für die Akademie in ADOLPH MARCUS Buchhandlung.

NOVA ACTA

PHYSICO-MEDICA

ACADEMIAE CAESARAE LEOPOLDINO-
CAROLINAE

NATURAE CURIOSORUM.

TOMI DECIMI PARS SECUNDA.

Cum Tabulis aeneis.

BONNAE,

M D C C C X X I.

gie der Insecten für die der Knochenthiere von grösserer Bedeutsamkeit seyn, als man, eben dieses wunderlichen Gegensatzes wegen, — der uns für das flüssige Bilden und Schaffen der organischen Functionen überall ein Gebildetes und Geschaffenes, nach innen fast Functionsloses, nach aussen aber unendlich und seltsam Bewegliches unterschiebt, — denken sollte. Es erinnert an manche Seltsamkeit der Traumsprache, wenn uns, in der nicht eben erträumten Verfolgung paralleler Glieder des Thierleibs, hier statt Lungen und Athmen, bildlich Flügel und Flug geboten werden, oder statt des activen, stoffwechselnden Kreislaufs unter dem ähnlichen Typus eine fast passive Luftcirculation.

N. v. E.

DE ANIMALIBUS QUIBUSDAM

E CLASSE VERMIUM LINNEANA,

in circumnavigatione terrae, auspicante Comite N. ROMANZOFF,
duce OTTONE DE KOTZEBUE, annis 1815—1818. peracta,
observatis,

ADELBERTUS DE CHAMISSO ET CAROLUS GUILIELMUS
EYSENHARDT, A. C. N. C. S. S.

Fasciculus secundus, reliquos vermes continens.

Cum tabulis XI aeneis pictis.

Quae sese nobis in expeditione speculatoria Romanzoffiana obtulere animalia e classe vermium Linneana, communi semper oblectatione cum amicissimo consorte, indefesso naturae scrutatore, oculatissimo Eschscholzio, observavi, qui observata adumbrandi atque evulgandi curam mihi reliquit. Iam votum solvens, fasciculum primum de Salpa Berolini 1819 apud Ferdinandum Dümmlerum in lucem edidi, quo praesertim generationem Salparum, ab amico primo intellectam, tum communi studio indagatam atque perspectam, exponere conatus sum. Annuit opellae Eschscholzius et ut persequerer susceptum, suasit, laborem.

De iis, qui supererant, vermibus, his in pagellis disseritur, quo in opere collaboratore gavisus sum amicissimo Eysenhardt, qui schedas iconesque meas et ipsa sub spiritu vini asservata animalia, ubi extiterint, mecum retractavit ac revolvit, et digna, quae evulgarentur, eligendi atque adumbrandi curam mecum partitus est. De formatione rupium corallinarum in itinere meo, mox edendo, fusius disseram.

Adelbertus de Chamisso.

MOLLUSCA GASTEROPODA.

Pterotrachea Forsk.*Pt. Cuvierii* nobis.

Fierola Cuvierii. Peron. *Ann. du Mus.* Vol. XV. c
icon.

Pterotrachea aculeata Forsk?

Ne vestigium quidem conchae, qua Genus *Carinaria* constituitur, observavimus. Pinna est dorsalis, natationi inserviens; branchiae ventrales. Motus animalis piscarius vividissimus. Specimen nostrum circa Insulas fortunatas captum.

Figura Peronii habitum animalis optime refert, proboscide exserta, qualem observare nobis non contigit. Filum caudale, quod figurae Peronii et Forskaelii exhibent, in specimine nostro desiderabatur. Anatomica Lesueur (*Bull. des sciences par la Soc. philomat. de Paris.*) 1817. p. 157.) bene explicuisse videtur. Nomen genericum Forskaelii servandum, nomen recentius Bruguierii, Boscii et Peronii reiciendum. Cum Cuvierio animal inter Mollusca Gasteropoda habemus, persuasi argumentis Blainvillii, qui (*Bull. des sc. de la soc. phil.* 1816. p. 30) pinnam, etsi dorsalem, tamen pro pede habendam, cum pede Lymnaei et Planorbis, in animalibus natantibus superne verso, bene comparat.

Glaucus Forster.*Gl. hexapterygius* Cuv.

Haec unica sui generis evicta species nobis in mari Atlantico, circa Insulas fortunatas atque in oceano pacifico aequinoxiali obvia facta est. Radii laterales, processibus dorsalibus Eo-

lidiarum omnino equiparandi, an sint branchiae, uti Cuvierus vult, nescimus. Natationi inservire non videntur; animal semper pigrum in maris quieti superficie membris expansis recubans vidimus. In animali irritato radii eriguntur, ad proximas res deflectuntur etc., quod idem in processibus dorsalibus Eolidiarum observavimus.

Eolidia Cuv.*Eol. annulicornis* nobis.

Tab. XXIV. Fig. 1. A et B.

Corpus oblongum, postice attenuatum, bipollicare, brunescens, albo-maculatum. Pes ventralis corporis latitudine, antice productus, dilatatus. Caput prominulum. Tentacula quatuor; antica in apice capitis, filiformia, laevia; postica pone caput, filiformia, annulata, annulis circiter octo. Orificum anale et sexuale commune in latere dextro. (A. a.) Cor dorsale, conspicuum, pulsans. (A et B. b.) Processus dorsales, tentaculiformes, in series transversales ita dispositi, ut medium dorsum vacuum relinquunt, ad latera autem laminae duplices alaeformes constituent, quarum singula anterior e processibus longioribus, singula posterior e processibus brevioribus constat. Processus laminae uniuscuiusque versus dorsum maiores, versus latus minores. Laminae anticae circiter sex, discretae, posticae duae ad tres, confluentes. Processus tactu eriguntur.

Fig. 1. A. animal naturali magnitudine, a latere dextro conspectum, B. idem, a tergo conspectum, exhibet. Speciei nostrae affines sunt: species, a Cuvierio (*Ann. du Mus.* VI. tab. 61. fig. 12. 13.) descripta et delineata, — dein illa, a Cavolinio tab. VII. fig. 4. (edit. Sprengelii) figurata.

bersius, Bremserius et Ranzanius nomen *Thalassematis scutati* indidere. (Conf. Okenii Isidem 1817 et 1818 Decemb.) Anum illos pro ore habuisse, clariss. Otto, Professor Vratislaviensis, in commentario de hoc animali (Vratislaviae 1820. 4.) optime explicuit nomenque *Sternaspidis thalassemoidis* animali elegit.

ECHINODERMATA

Holothuria L.

Hol. maculata nobis.

Tab. XXV.

Holothuriae (Fistulariae) vittatae et reciprocanti Forsk. tab. 37. E. tab. 38. A. affinis. Animal tripedale et ultra, crassitie circiter pollicis. Corpus vermiforme, pentagonum, mollissimum; cute tenui, coeruleo-maculatum, maculis irregularibus. Vittae longitudinales quinque, luteae, papillosae. Tentacula quindecim, in una serie circa os disposita, pennata. Motus reptans, vermicularis.

Ad insulas *Radack*.

Holothuria tubulosa, maxima, et consimiles tribum naturalem formant, ab auctoribus a ceteris iure separatam. Species sequentes huc spectant:

Hol. Radackensis nobis.

Tab. XXVI.

Cylindrica, mollis, tota atra, pedem circiter longa, diametro pollicum 1 — 2, superficie superiore papillis obsoletis sparsis, inferiore pedibus tubulosis tenerrimis oblecta, ore subinfero, tentaculis duodecim, apice dilatato-peltatis, pelta

multoties lobata, lobulis incis, denticulatis. Variat superficie inferiore sanguinea.

An Forsk. Tab. 30. A. huc spectat? Cum *Holothuria tubulosa* figura haec non coniungenda videtur, ut Lamark (*Hist. nat. d. an. s. vert.*) opinatur.

Radack, insula *Guajan* (ex Marianis insulis).

Differt ab *Holothuria tubulosa* mollitie, colore totius corporis atro, papillis dorsi sparsis obsoletis, tentaculorum forma et numero. Icon specimen parvum exhibet.

Hol. brunnea nobis.

Coriacea, supra convexa, brunnea, subtus plana, albescens, pedem et ultra longa, pollices 2 — 2 1/2 lata, superficie superiore papillis mediocribus, inferiore pedibus tubulosis filiformibus teneris oblecta, ore subinfero, tentaculis duodecim, versus apicem incrassatis, apice peltatis, pelta lobata, lobulis incis, incisuris denticulatis.

Ab *Holothuria Radackensi* duritie, forma, colore, ab *Holothuria tubulosa* forma, colore, tentaculis, papillis dorsalibus minoribus, pedibus ventralibus tenuioribus differt.

Insula *Guajan* (ex Marianis insulis).

Holothuriae huius tribus, exsiccatae et fumo conditae, mercem constituunt notissimam nautis, apud Sinas, in Indiis mercaturas facientibus; Malaice *Trepang*, vulgo *Biche de mer*, Hispanice *Balate* dictam. Cibus, ut nidi et pinnae squalinae, venerem alens, Sinis libidinosus peti-

tissimus. In aqua fervida per duos integros dies contactae, tendines aemulantur vitulinos, sapore haud ingrato. — Veniunt species septem, plus minusve exquisitae, unaquaeque proprio nomine insignita. In littoribus rupestribus, locis ab aestuante mari inundatis, colliguntur et mox conduntur.

Sinae earum gratia usque ad littora *Novae Guineae*, *Malayi* usque ad *Sinum Carpentarium* *Novae Hollandiae* peregrinantur. Nostrates undique ad emporium *Canton* eas deferunt, Hispani scilicet ab insulis *Philippinis* et *Marianis*, ubi eas ex parte ab incolis insularum *Carolinarum* accipiunt, qui in navibus propriis portum *Aganna* insulae *Guahan* (ex insulis *Marianis*) frequentant; — Franco-Galli ex insula *Mauritii* Oceani Indici; — Angli in insulis, *Pelew* dictis, a servis, ibi relictis, eas colligi curant; — Americani navigationes speculatorias suscipiunt, ut in insulis *Carolinis* novas animalium horum latebras detegant.

Holothuria Radackensis et *brunnea* huius sunt numeri.

Praeter eas adlatas sunt e taberna species quatuor siccatae, conditae, quo statu ad descriptionem accuratam haud aptae sunt. Insignis tamen est species nigra, pedem et ultra longa, supra convexa, subtus plana, papillis dorsalibus maximis, longitudinaliter seriatim dispositis, binis ternisve coniunctis, quibus echinata videtur, pedibus ventralibus mediocribus.

MEDUSAE.

Classem magnam pro se constituunt, neque cum Actiniis neque cum Echinodermatibus coniungendae. Actinae Polypis

adnumerandae sunt, e quibus solummodo ovariis differunt, et transitus a Polypo simplicissimo (*Hydra*) ad Actinias per plures Polypos corallicolos datur. Compares praeterea ea, quae in *Schweiggerii* opere praestantissimo (*Ueber Corallen* pag. 19, 87 etc.) de analogia inter grana Polyporum et ovaria Actiniarum, et de Polypis Madreporarum pag. 20. 21. leguntur.

Itaque neque cum Cuvierio consentire possumus, qui classem „*Acalèphes*“ inque ea ordinem primum: „*Acalèphes fixes*“ (Actiniae), secundum: „*Acalèphes libres*“ (Medusae) constituit, neque cum Lamarckio, qui Medusas sub nomine „*Radiaires molasses*“ et Actinias, *Holothurias*, *Asterias*, *Echinos* etc. sub nomine „*Radiaires Echinodermes*“ comprehendit.

Character Medusarum est: corpus gelatinosum, hyalinum, liberum, nervis destitutum, excavatum plerumque cavis pluribus, quae intestinorum vasorumque locum tenent et membrana propria vel plane non, vel ex parte tantum circumvoluta sunt. Transitus Medusarum ad Mollusca generibus *Diphye*, *Salpa*, *Ascidia* etc., quorum species nonnullae structura minus composita gaudent, ad Polypos vero *Lucernaria* etc. fieri videtur. Medusarum dispositionem hanc proponimus, similem illi, quam clar. *Goldfuss* in *Oke-nii Iside* evulgavit:

1. Vesiculares.

Physalia, *Physosphora*, *Rhizophysa*.

In freto Sanctae Catharinae, praesertim Austro flante, color et foetor aquae iidem erant; animalia autem omnino deficiebant.

In Museo regio Berolinensi ex animalibus nostris servantur:

Pterotrachea Cuvierii n., *Glaucus hexapterygius* Cuv., *Onchidium Peronii* Cuv., *Nereis heteropoda* n., *Sternaspis elegans* n., (male servata), *Holothuria Radackensis* n., *Holothuria brunnea* n., *Holothuriae siccatae* (*Trepang*) species quatuor, non determinandae, *Verella sinistra* n., *Verella lata* n., *Verella oblonga* n. (in spiritu vini et siccae), *Porpita gigantea* Per. (specimina parva in spiritu vini et sicca), *Diphyes dispar* n., *Caryophyllia glabrescens* n. sine animalibus, *Tubipora musica* cum animalibus siccis, *Coryne ramosa* n. — Ex *Salpis*, in dissertatione *Chamissonis* descriptis, in Museo servantur:

Salpa pinnata, prole solit. et gregata, — *S. affinis*, prole solit. et gregata, — *S. zonaria*, prole gregata, — *S. aspera*, prole gregata, — *S. maxima*, prole gregata, — *S. ferruginea*, prole incerta.

TABULARUM EXPLICATIO.

Tab. XXIV.

- Fig. 1. *Aeolidia annulicornis*.
 " 2. *Nereis heteropoda*.
 " 3. *Penella Diodontis*.
 " 4. *Hirudo vittata*.
 " 5. *Sternaspis elegans*.

Tab. XXV. *Holothuria maculata*.

Tab. XXVI. *Holothuria Radackensis*.

Tab. XXVII.

- Fig. 1. *Rhizostoma Leptopus*.
 " 2. *Geryonia tetraphylla*.

Tab. XXVIII.

- Fig. 1. *Aurellia labiata*.
 " 2. *Aurellia globularis*.

Tab. XXIX. *Aurellia* (?) *crenata*.

Tab. XXX.

- Fig. 1. *Medusa campanulata*.
 " 2. *Medusa mucilaginoso*.
 " 3. *Beroë ovata* Bosc.
 " 4. *Beroë capensis*.

Tab. XXXI.

- Fig. 1. *Beroë punctata*.
 " 2. *Beroë constricta*.
 " 3. *Callianira heteroptera*.
 " 4. *Appendicularia Flagellum*.



